Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



68 64.

ad vitam: et non det in commotionem
pedes meos Quoniam probasti nos deus:
ignisti nos sicut examinatur
argentum Induxisti nos in laqueum:
posuisti tribulationes in dorso
nostro: imposuisti homines super capi-
ta nostra Transivimus per ignem et aquam:
et eduxisti nos in refrigerium Intro-
ibo in domum tuam in holocaustis:
reddam tibi vota mea quae locuti sunt
labia mea Et locutus est os meum: in
tribulatione mea Holocausta medul-
lata offeram tibi cum incenso arietis:
offeram tibi boves cum hircis Venite
audite et narrabo omnis qui timetis
deum: quanta fecit anime meae Ad ip-
sum ore meo clamavi: et exaltatum sub
lingua mea Iniquitates si aspexi in
corde meo: non audiet dominus
Propter hoc exaudivit me: et attendit